



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

30. Modoini Episcopi ad Theodulphum Epist. Elegiaca.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

THEODVLPHI

ABBATIS

FLORIANCENSIS,

POSTEA

EPISCOPI

Aurclianensis,

Elegia Epistolares.

De suo exilio,

AD

MODOINVM,

ET

CIGVLFVM.

Item

RESPONSORIA EPISTOLA

ELEGICA

MODOINI EPISCOPI

Ad

Theodulphum.

*Omnia nunc primum ex membranis m. s. s.
Galli edita.*

r s

Ad

Quis Modoinus, quis Aigulfus, quis Theodulphus
 erit, breuiter accipe. Modoinus hic est, qui deponit
 Ebbonis interfuit anno 853. vna cum Aiulfo, quem
 ipsum nostrum Aigulfum esse assero. *Ebbor* voce proprie
 quiunt Acta Synodi Sueffionensis, quæ & apud Baronia
 10. anno 853. num. 7. extant) & iudicium peccatorum horum
 videlicet Episcoporum iudicio, Cuius scilicet Archiepiscopi, *De*
daradi Episcopi, Modoini Episcopi, & restificatione restituta. De
 Theodulpho hæc Card. Baronius Tom. 9. Anno Claudi
 832. cum Theodulphus Abbas Floriacensis vna cum alijs
 in illa coniuratione Bernardi aduersus Ludouicum Im-
 peratorem fuisset inuentus implicitus, ob eamq; causam
 Andegavi detrusus fuisset in carcerem, cum poetica li-
 cultatis litteris præ cæteris huius temporis fuisset excu-
 tus, ibidem detentus scripsit Ecclesiasticum carmen ad
 diem Palmarum in Ecclesia canendum accommodatum,
 obseruansq; tempus, cum eo die Ludouicus inde transi-
 ret, è fenestra carceris, vti licuit, illud cecinit in aures eius,
 quod cum eidem Imperatori mirificè placuisset, eo pro-
 motus, ipsum iussit quam primùm è carcere liberari, quin
 etiam prærogatiua, non solum ipsius scientiæ, sed pietatis
 permotus, postea ad Episcopatum Aurelianensem pro-
 mouendū curauit. Ecclesiasticum autem Melos sic habet.

Gloria laus & honor tibi sit &c.

Scripsit & alia plura carmina, quorum aliqua adhuc
 stant, nobilis ingenii monumenta &c. Extat præterea
 pistola eius ad Cletum suæ Diocesis scripta, cum factus
 fuit Aurelianensis Episcopus. Hæc Baronius, qui totam
 hanc Epistolam Annalibus suis intexit. Post quem ean-
 dem denuo cum Hincmari Epistolis Moguntia: euulge-
 uit R. P. Ioannes Busæus, societatis Iesu Theologus.

INC.

INCIPIT EPISTOLA THE-
 odulphi Episcopi ad Modoinum Episco-
 pum. scribens ei de exilio.

Theodulphus Modoino suo salutem. de suo exilio.



Hoc Modoine tibi Theodulphus dirigit exul
 Summo Pontificum cernuus ecce melos.
 Ito Thalia celer, celeri transcurrere volatu.
 Nec mora, nec tibi sitvlla in eundo quies.

Donec peruenias Modoini ad tecta beati,
 Præfulis eximii, Pontificisq; pii.

Ad quem mox veniens, genibus revoluta iacebis,
 Iusserit & si te surgere, surge celer.

Basia confestim manibus donabis amicis,
 Et spectans patulam, fessa iacebis, humum.

At, si te roget, quæ sis, & cuius, & vnde?

Fare age pro me animo singula dicta tuo.

Sum Theodulphi Erato, veniens de carceris antro

Eius vbi immensus hunc tuus vrit amor.

Exul, inops, pauper, tristissimus, anxius, *agens,

Spretus, & abiectus est vbi, siue dolens.

Forlan & ipse roget, quid agam? me viere dices.

Vita, qua melior mors bona, sorte foret.

*Haud legit, haud docet, haud laudū pia munia cōplet

Cunctipatři Domino qui regit arua polūm.

Hunc, pro se poscit, pro te, siue ordine cleri,

Pro * poli, & regis, proq; salute Ducum.

Me, tibi transmisit; huius tibi dico salutem,

Subdita sunt cuius verba canenda tibi.

Obsecro frater amans nostri memor esse memento,

Frater, pars animi portio magna * mei.

Mens tua semper erit nostros miserata labores,

Nostræ nota tibi quod benè causa rei.

f. egens.

f. Aut legit
 aut d. aut
 l. p. m. c.

* pro popu-
 li.

* m. j. mea.

Quò magè res nota est, magis inde adhibeto dolorè;
 Sic medicus morbum dum videt, arte fugat.
 Fumè a præsentis pereunt, scis, gaudia mundi:
 Nunquam fraternus sed perit almus amor.
 Me modò pluri amas, quanquàm me semper amasses,
 Aegrum aliis natum plus pia mater amat.
 Fessis opto libens certa succurrere rebus;
 Et fratrum mentes sollicitatò piàs.
 Vnus ego quamvis sim; non est vnius hæc res:
 Quod factum est mihi me, esse potest alii.
 Est commune malum; communis cura petenda est.
 Quod nostrum est hodie, cras erit alterius.
 Hæc non quis frater timeat contagia demens,
 Ne illi, quæ nobis irrepit ista lues?
 Febre solet febris, seu vulnere crescere vulnus:
 Sic multa ex vno fonte fluente fluunt.
 Hæc mea si placidam sit nacta plaga medelam,
 Pristinus & veniat, morbo abeunte, vigor.
 Tale quid ulterius non pars inimica valebit
 Appetere, & scelus hoc non leue proflus erit.
 Seruus habet propriam, & mendax ancillula legem,
 Opilio, pistior, nauta, subulcus, arans.
 Prò dolor, amisit hanc solus Episcopus, ordo

 Debit & qui aliis legalia promere iura,
 Officii, perdit ius, sine iure, sui.
 Culpa facit sacrum confessa perire latronem,
 Non est confessus Præsul, & ecce perit.
 Cumq; suis egeant mundana negotia rebus,
 Causa quibus iustum possit habere modum,
 Nostra eguit iusto rationis pondere causa.
 Sævitia excepta, nullum habet ista modum.
 Non ibi testis inest; iudex nec idoneus vllus,
 Non aliquod crimen ipse ego falsus eram.
 Esto: forem falsus, cuius censura valeret,
 Dedere iudicii congrua fræna mihi?
 SOLIVS ILLVD OPVS ROMANI PRÆSVLIS EXSTAT.
 Cuius ego accepi pallia sancta manu.

Mittere, care mihi, libuit tibi carmina quædam,
 Nostra quibus iustit Mufa iocosa parum.
 Tempore præterea hoc quædam miracula visa
 Dicuntur, breuiter hæc quibus ista canam.
 Est fluuius, SARTAM GALLI dixere priores;
 Perticus hunc gignit, & Meduana bibit.
 Fluctibus ille suis penetrans Cenomanica rura,
 Mœnia qui propter illius vrbs abit.
 Quod ciues transire solent propè lintribus illum,
 Illic portentum non leue fecit eis.
 Deniq; rosicidulas tenebras eum aurora fugaret,
 Et solito peteret more fluenta homines.
 Est propriis spoliatus aquis locus ille repertus,
 Qui rate, seu remis peruius ante fuit.
 Stantibus atq; vndis populus hinc, inde studebat,
 Alueus ac plebem ad inferiora vocat.
 Nemo ratem quærit, nullus te, nauita poscitur,
 Miranti populo sic stat aperta via.
 Et metus, atq; rei nouitas intrare vetabat:
 Primitus, & sensim cepit abire metus.
 Incipit esse vetus, noua res, intratur vtrinq;
 Alterutram ripam, plebs petit atq; pecus.
 Vel pes eis siccus, modicum vel planta madescit:
 Dum gradiens populus itq;, reditq; frequens.
 Si olim tale vadum iuuenis Leandrus haberet,
 Non foret insignis tam tibi luctus, Ero.
 Non ad piscandum quisquam fert rete, vel hamum,
 Saltibus, atq; manu, qui volet, illud agit.
 Vir tumultandus erat ripe vltioris in agro.
 Flentibus euehitur, per loca sicca, suis.
 Illa fat vrbs timuit, peteret ne se vnda tumescens,
 Obrueretq; simul compita, rura, domos,
 Saxa patent ignota polo, polus ipse patefcit
 Saxis, cum proprium linqueret humor humum.
 Quod vada nulla dabas pediti illic, Sarta, dedisti:
 Grande vadum caligas cum tua saxa stupent.
 Sarta aliis vicibus hoc ipsum est passa duabus;
 Nec hoc, nec procul hoc tempore, siue loco,

De siccitate
 re cuiusda
 suauis.

Quis

pro mecum

Quis neget antiqui *cum me meminisse tropai.
 Quo fluium scindit & Ierichunta quatit.
 A prima in quartam modus hic defluerat horam,
 Inde suas repetit post celer vnda vias.
 Nomina non ideo narrantum scripsimus isthic,
 Sunt quoniam plures, qui cecinere mihi.
 At si nosse rei vis lector tempora gesta:
 Accipe: promemus sub breuitate tibi.
 Forfan nosse diem vis hunc quoq; disce, canemus
 Ut res ambigui possit habere nihil.
 Bis partem vndenam solidi rota solis Aquari
 Scanderat in sexta, lunaq; piscis erat.
 Tale quod asseuerant flumen Idonea passum,
 At quod ab vrbe fluens sat propè Sarta bibit.
 Quare locum ex aliis *dei tibi tempora dicam,
 Crastina praefata res fuit ista rei,
 Hunc quoq; defectum quod passa sit Angera dicunt
 Sed locus, atq; dies sunt mihi nota minus.
 Non grandi studio perquirimus ista, quod illi
 Qui narrant per me nosse futura volunt.
 Non id aperta canit, nec erit vox semper operta
 Tempore namq; manent ista canenda suo.
 Rebus, & exemplis quaedam benè nosse valemus,
 Cum non diuinem, hæc, scio, res quid agat.
 Miraq; sunt per idem tempus quam plurima visa,
 Hoc etiam visum est, quod recitare paro.
 Quod mihi Gerhardus retulit, Paschasius illi:
 Hic audita mihi, visa sed ille refert.
 Nempe Tolosani locus est, rurisq; Caturci,
 Extimus hoc finit pagus vterq; loco.
 Illi campus inest; cuius sunt extima siluis
 Cincta, hominesq; manent non satis inde procul
 Quem volucres magno complerunt impete multas;
 Planitie inq; eius multa refedit auis.
 Quas fluuii, quas habet nemus, & quas squalida tellus,
 Quæ scopulis nidos composuisse solent.
 Quis cibus est varius, cantus, color, atq; volatus,
 Pinna, vngues, rostrum, mos, locus, officium.

** diei, me-
dia breui,**De pugna
animi.*

Nam Zephyrus sparsas Aquilone aduexerat illas,
Partem & vtramq; putes signa habuisse sua.
Sederunt campis acies altrinsecus illis,
Et spatium extabat inter vtraq; aliquod.
Inter vtramq; aciem legatos ire putares,
Qui pugnae, aut pacis iura referre parent.
Interea alterutra paucæ ex vtraq; volabant
Parte, viæ complent ista, vel illa suas.
Egerit illa nihil quod tunc legatio pacis,
Sorte patet, post hanc, grandia bella cient.
Vtq; diu Pænos inter, populumq; Quiritam,
Currunt legati, donec in arma ruant;
Haud secus inter eas, postquam sat vtrinq;
Vi, qua quæq; valet, in fera bella ruunt.
Ardent ad pugnam volucrum* hinc, inde manipulis
Cumq; ala, ala cõit, cumq; cohorte cohors.
Vis est militiæ diuersa, sed vna voluntas,
Quod maior miles, vult quoq; paruus idem.
Nullû opus, aut currus, nullû aut habet vsus equorû,
Vfus abest chalybis, spicula nulla volant.
Pro galea, crista est, pro cuspidè rostra, vel vngues,
Et sua pro lituis carmina quæq; sonant.
Ala leuis parmam, volucris fert pennula sicam,
Et thoracis habet pluma minuta locum.
Iamq; dies sextus conuentus fluxerat huius:
Certatim in bellum parte ab vtraq; ruunt;
Inq; vicem laniant se hinc moribus: ictibus, illinc.
Ingenti bellum surgit vtrinq; animo.
Hinc Rutulos, illinc videas confurgere Teucros:
Seuire & Martem parte ab vtraq; ferum,
Glans cadit autumnò veluti de stipite querno,
Maturum & folium iam venit ante gelu.
Non aliter auium moriens exercitus illic
Decidit, & magna strage repleuit humum.
Nam teres æstiuis impletur vt area granis,
Campus ita exstincta sic aue plenus erat.
A Borea in Boream veniens pars parua reuerfa est,
Tota in vtraq; cohors parte precepta iacet.

Res sonat ista; venit populus, factumq; stupescunt,
 Mirantur variaz membra iacentis auis.
 Ipse Tolosana præful quoq; venit ab vrbe,
 *Mantio plebs rogat hæc, ales an esca fiat:
 Illicitis spretis, licitas adfumite dixit.
 Plaustra onerant auibus: In sua quisq; redit.
 Tale quid hoc etiam patratum tempore, nobis
 Fama dedit velox multa per ora volans.
 Qui Romam, Romaq; meant, remeantq; canit hoc,
 Inter quos mulier hic bona testis inest.
 Oratum hæc Furono Romam petit inde reuerfa.
 Presbytero Arlalto rem canit, ille militi.
 Deniq; circa Ararim pigrum, Rhodanūq; rapacem
 Vt supra volucrum, pugna peracta fuit.
 Quo rigidas inter cautes, densasq; paludes,
 Pauca patent plenis obsita rura locis.
 *Illic, vt perhibent, venit genus omne volantium.
 Quas *coro patuus nutrit opimus ager.
 Pars sedet in scopulis, residet pars plana per arua
 Arboreis ramis pars quoq; multa sedet.
 Militiæ in geminam partem distincta iubentur,
 Vtraq; conflictum pars ineditatur hians.
 Quattuor accipitres veniunt hinc, quattuor illinc;
 Quattuor & totidem parte ab vtraq; capi,
 Primo hi congressu perimunt se hinc, inde vicissim:
 Accipitrem accipiter, seu capus ipse capum.
 Rostra instant rostris, configunt vnguib; vngues,
 Quo paria arma vehunt, hinc magè se perimunt,
 Egit idem *mathus populus Romanus in aruis,
 Cum fera bella gerunt, hinc foror inde gener.
 Cum fratrem frater perimit, vel amicum amicum,
 Quando pares aquilas, & paria arma vehunt.
 Nempe duæ volucres magnæ vauisse feruntur:
 Quæ non pugnarunt, cætera turba iacet.
 Vt furor Annibalis compleuit funere Cannas:
 Funere sic animum hæc rura repleta patent.

*f. 11ue.
 *f. Euro
 patulus.

Intelligo
 campos
 Aemathios

L. eua-
 sisse.

Quando erit illa dies cum nostrum intrabis in hortū
 Atq; leges nostras vngue libente rofas?
 Et sua magna fitis mage se accrescere iſcet.
 Dum quod semper amas, carmine plenus eris.
 Si qua istis fuerint, vt erunt vitiosa Camœnis,
 Parce precor; scriptor non mihi doctus inest.
 Quæso, tuum fidum nobis trans mitte ministrum,
 Qui sua grata mihi præferat ossa, vale.

Ad Aigulfum.

HOc Aigulſe, tibi, præful sanctissime, mitto,
 Theotulphus carmen, exul ab exilio,
 Nobilis, & pulchræ fueras puer indolis olim,
 Nunc vires ornas nobilitatis ope.
 Quæ tuit in puero docilis solertia paruo,
 Nunc manet in magno, dante Tonante, viro,
 Signa puer magnæ semper virtutis habebas:
 Magna docens magnum te fore, sorte, virum.
 Sic fata promittunt fecundæ præmia mæſſis;
 Sic tauri in vitulo forma patet tenero.
 *Ingens ingenuus studium tibi discere tandem
 Exſtitit, & cultum pectus habere fatis.
 At nunc diuini tibi tradere dogmata verbi
 Est labor, & populis iura referre poli.
 Qui tunc Grammatico ſumebas pocula fonte,
 Ambrosio mentes nunc bene rore rigas.
 Viuere te sancte, rumor diſpergit vbiq;
 Magna per ora virum fat tua fama volat.
 Cuncta quis expediet laudis præconia veſtra,
 Iſte referre ſolet*
 * vbi probitas, verumq; fidesq;
 * Et bona cuncta ſimul confociata manent.

* Et hexameter claudicat, * perturbans ordinem, præcibus incondite, repositum sine
 inflatione.

f.oro.

In m. f. mal
 lus titulus
 est, sed in
 mediâ
 versu con
 suncti sum
 paret tam
 esse aliud
 Epistolam
 Theodul
 phi.
 * Epistola
 hoc deside
 rabatur.

m. f. ma
 tilus. hema
 stichio præ
 ore, ut
 sufficor.

Huac

Hec vocu-
la in m. s.
desidera-
barur.
*m. s. præ-
sente, cree-
do mendo-
se.

*m. s.
mendose
admodum.

m. s. metet,
mendose.

m. s. caelus,
mend.

in m. s. h. s.
voca pu-
ro à libra-
rio prætor
missam-
*m. s. fræs
mend.

Hunc Deus & probitas vitæ, atq; electio fratrum,
Prætulit sancto, me mediante, gregi.
Sed malè liuor edax, dolus & pella cia fallax,
Præsulis, à propria sede remouit eum.
*Ast est in cælo, proprio hunc qui reddat ouili,
Cura sit vt proprii, quæ fuit antè, gregis.
Hic de parte tulit vestra mihi verba benigna,
Et mihi *præsentem te dedit ore suo.
Dum bona vestra mihi narrat, me per fouet ægrum
Actibus eq; tuis mens mea læta manet
Hic *vice restudet à nobis quærere quædam,
Vestra, & responsum quod tibi portet, habet.
Rettulit ille mihi studiumq; decusq; modumq;
Quo vehis officii pondera digna tuis
Qualiter exemplis & verbis serre ducatum
Non cessas populis ad pia regna poli.
Et bona magna gerens: vt agas maiora precamur.
Poscimus optatam vt det tibi Christus opem.
Sunt exempla tibi Patrum sectanda priorum,
A te, vt qui caput es, per pia membra *meent.
Es Patriarchalis primo prælatus honore
Sedis, & alma Patrum est subdita turba tibi.
Inde manere tibi puro sollertia debet,
Omnibus vt specimen sis, decus, ordo, modus.
Quo magis es *celsus; humilis magis esse memeto.
Gratia te altithroni ditet vt alma Dei.
Esto bonis agnus: leo feruidus esto malignis.
Pars amet ista patrem, vt illa pauelcat herum.
Cumq; piis fueris pius, & districtus acerbis;
Te pars hæc matrem, sentiat illa patrem.
Sit tibi larga manus, placidum cor, dulcia verba,
Sis probus, & sollers, promptus ad omne bonum.
Sed quid ago? quo nunc *memet mea fistula ducit?
Doctori similis sum modò factus ego.
Te precor, interea nostræ memor esto ruinae,
Oratu, & precibus *fors mala nostra leues.
Forfan, te orante, fratrumq; iuante caterua,
Omnipotens veniam det miserando, mihi.

Et nos exilio releuet miseratus ab isto:

Ioseph qui exemit carcere, siue Petrum.

Iple, DEO, fateor, peccamina multa peregis:

Quæ superant numero..... arena maris.

Et pluuia guttas, maris vndas, sidera cæli,

Herbarum frutices, germina cuncta soli,

Hæc sunt, arumnas ego sum cur mislus ad istas?

Esse nec, vt debent, sunt mala tanta mihi.

Non regi, aut proli, non eius credo iugali;

Peccaui vt meritis hæc mala tanta veham.

Crede meis verbis, frater sanctissime, crede:

Obiecti * haudquaquam criminis esse reum.

Perderet vt * sceptrum, vitam, propriumq; patronum;

Hæc trian unquam sum consiliatus ego.

Addimus & quartum: mihi non fuit illa voluntas,

Vt cunq;, vt rerum hæc mala tanta forent.

Hoc ego clamaui, clamo; clamabo per æuum,

Hæc donec anima membra liquor vegetat.

Qui modò non credit, cogetur credere tandem,

Ventum erit vt magni iudicis ante thronum.

Qui mihi testis erit pius, & iustissimus vltor:

Omnia cui semper nuda, & aperta manent,

Qui non acceptat personas, munera siue,

Diligit æquè æquum, diligit omne bonum.

Eius in adpectu falsissima cuncta peribunt:

Hic meus, alterius non ope testis eget.

Me, tua, care, fouet dulcis compassio frater;

Tristitiaq; meæ pars tibi magna manet.

Det pater altithronus cælum, terramq; gubernans:

Lætitiæ nostræ * postmodò compos eas.

Te, scio, cunctorum redimitum flore bonorum,

Lampade virtutum seu rutilare satis.

Sit tibi vita, salus, & Christi gratia regis,

Exstet & omnipotens fautor vbique tibi,

Viue DEO felix per tempora longa, sacerdos,

Deq; bono in melius proficere ritè, vale.

m. f. tenes
arena.

* m. f. quæ-
quæ, mem-
dore,
m. f. capsa.

* m. f. po.
modum.

INCIPIT RESCRIPTVM M
doini Episcopi, Ad Theodulphum
Episcopum,

Modoinus indignus Episcopus Theodulpho su.

L Videre nemo potest versu, sine lege,posito,
Nempe loqui rectè nec valet, arte carens.
Sed prius accipiter nec tentat viuere in armis,
Quàm instructus proprii hoc more parentis agat
Vtiliter puer in primis non militat annis,
Digna sed expertus præmia tiro capit.
Non audet intrare ratem nauta absque paratus
Tentans nauigeras * Tiphis inermis aquas.
Arte rudis cum sim, sic me posse negabo,
Respondere tuis versibus eximis.
Vilis apud doctos namq; est mea Musa poetas,
Condere ob hoc nullum carmine nitor opus.
Sed me cunctantem compellit epistola vestra:
Scribere disparibus carmina nam numeris.
Et molli durum nunc ceræ inducere ferrum
Cogor, & infueto texere verba modo.
Quin imò immodicus dicendum est rite libellus
Attulit emissus quod mihi vester, opus.
Audisti antiquos verbis ita ludere amicis,
Sæpe etiam didici hoc & ab ore tuo.
Musarum quod inops norit non antra poetar;
Sed dici de me hoc quoque iure potest.
Nonnulli affirmant * (sed &) insanire poetar:
Carmina dum statuunt mente carere sua.
Ast nobis integra manet mens ipsa, nec audet
Longius amisso ordine abire suo.
Scandala sed propter vitanda, nec appetit alta
Contenta est modico nam moderata loco.

* m. f. Tiphis.

* tale quid desideratur in m. f.

Fac, Theodulphe, meos versus aduerte benignè,
Nec sint despecta carmina nostra tibi.
Nolo venenato nostra vnquam dente laccifas,
Sed sint iudicio carmina tuta tuo.
Si qua meis fortasse inerunt errata Camœnis,
Cernuus hæc æquis respice quæso oculis.
Sæpe queror casum deflendo infonsis amici,
More fluunt lacrymæ amnis ab ore meo.
Sæpe tuam ingeminans luxi flens ipse ruinam,
Pro dolor amisso exul honore peris.
Exilium innocuus pateris pertrisse sacerdos,
Inclytus, expertus præsul, anormè malum.
Nonnulli prodesse solet prudentia multa,
Læsus ab ingenio es pater alme tuo.
Præcipuè tua magna tibi sapientia foli
Obfuit, & quod habes triste parauit onus.
Liuor, lax petit alta fremens, consernere tentans
Id, quod ouans, simplex pectore turba colit.
Pertulit an nescis quod longos Naso labores,
Infons est factus exul ob inuidiam.
Ipse Verinus magna est deiectus ab vrbe,
Consul Romana clarus ab arce procul.
Magnus ab infesto est agitatus milite vates
Virgilius propriis exspoliatus agris.
Vulnera saua suo fertur sumpsisse tyranno
Seneca præcipuus * cade Neronis obit.
Quid memorem ex nostris plures sudasse nefandum,
Pro nostra exilium relligione pia?
Qui magis à magno colitur pius ipse Magistro,
Ioannes durum pertulit exilium.
Hilarius sensisti ergastula tu quoque diras:
Missus in ignotum rege iubente locum.
Clauiger ipse Petrus nam, nec non & populorum,
Doctor erat Paulus, carceris in gremio.
Sed tamen hoc egit feritas inculta repugnans,
Gentilis fidei namq; inimica pie.
Adde etiam quod adhuc rudis Ecclesiasticus ordo,
Informisq; sua lege careret iners.

* m. j. sed e.

Depo-

Deposita iam pace frui, feritate se. ena
 Debit & proprium iure tenere modum.
 Culpa sacerdotum facit hoc: quod vilis habetur
 Ordo ministerii maximus ille sacri.
 Inter eos effectus nullus fidus habetur:
 Commendat sancto gratia quoq; loco.
 Nemo gemit miserans alienae incommoda vitæ,
 Pro fratris pulsans utilitate sui.
 Vnusquisque studeat terreno incumbere lucro,
 Sectatur fragiles deliciosus opes.
 Ex quorum me nolo putes numero tamen esse,
 Qui fucata leui pectore verba ferunt.
 Sed qui cessabo nunquam certare precando,
 Pro reditu vestro quiq; laboro libens.
 Ergo ego sollicito veteres tibi semper amicos:
 Proq; tuis damnis ambitiosus ero.
 Hæc te uolle reor; quoniam cito spargitur orbe,
 Fama celer toto aulica dicta gerens.
 Sis quod ab infesta hac demum regione mouendus,
 Caesaris ad nitidum limen iturus item.
 Illius ante oculos veniens, latumq; videbis
 Iam dudum vultum, qui tibi tristis erat.
 Commissum scelus omne tibi dimittere maui,
 Si peccasse tamen te memorare velis.
 Nam prodesse tibi confessio pura valebit,
 Si te voce probas criminis esse reum.
 Si te dissimulas, de quo tibi crimine dicam,
 Scire nota pro quo huc itur ipse fores.
 Elige sed quid agas, tibi & quodcunq; videtur,
 Consilium melius mente teneto precor.
 Sed mihi met melius visum est, vt sponte fatetur,
 Quodq; negari vilo non valet ingenio.
 Nullo alio superare modo puto principis iram
 Posse, probes nisi te criminis esse reum.
 Promittit, si te peccasse fateberis, ipse,
 Consilium Caesar dedere velle tibi.
 Non tibi promittit, redeat quod pristina virtus,
 Amissum vt possis rursus adire gregem.

Est Ludovici
 nunc imbi
 roide Cæs.
 Baron. 15.
 9. Lud.
 imp. anno
 4. consuet
 n. erat con
 iurationis
 Bernardi
 Regis Ita
 lie, in Lu
 douic. &
 hinc, cum
 aliu in
 exil. exa
 git.

sic m. s.
 sed Nam
 legend.

Nescio, frater amans, magè quid tibi scribere possim,

Cùm sint hæc tota non tibi nota minus.

Luce mihi magna tu solis carior exstas:

Nil, fateor quod amem te magè mundus habet.

Mohtfridum crebris appellat epistola dictis.

Lectaq; sunt vestra verba frequenter ei.

Ille valet lapsis optatam adhibere medelam.

* Naufragosq; pium ferre patrocinium.

Flebilis * exhausto resonat vix carmine Musæ:

Dicere quid possit non habet illa magis.

Sed mandare aliquid dubitaret epistola vestra.

Mirabar vestri cur mihi seruitii.

Nullum vnquam obsequium tibi, nam mihi crede,

Sed quodcunque iubes, ipse libenter ago.

Idcirco hunc missum nostrum direximus ad te

Quæcunq; vt mandas, ille mihi referet.

Quiq; procul dubio satis est, vt credo, fidelis,

Cuius ab ore mea currere verba vides.

Ipse tibi, quæcunque roges, sine fraude recenset,

Abiq; dolo nostra cuncta vice expediet.

Imber habet liquidas quot guttas, flumina pisces,

Emittit frondes quot nemus omne virens;

Area grana solet quot habere æstate: salutes

Tot tibi mitto pater. semper vbiq; vale.

Serue Dei summi semper sis, digne perenni

Tempore, quæso mei, frater amande memor.

Nunc in calce precor supplex nam carminis huius,

Vt vestris precibus tutus vbiq; ferar.

Explicit rescriptum Madoini Episcopi ad Theodulphum Episcopum in exilio morantem.

* naufrago. vel
maufrago.
* m. s. ex-
hausstro
mendosus.

1 SER

CS ON JOHN
Tom 2
S
27

Handwritten marginal notes in a small script, possibly a library or archival stamp.

Main body of text on the right page, consisting of several columns of dense, handwritten script in a historical cursive hand.

Handwritten word or initials at the bottom of the page, possibly "REK".